

122 M C C V.  
Anno Domini MCCV., indict. VIII. die XVI. februarii, (1) in praesentia D. Ugonis Dei gratia Aquensis Episcopi. D. Anselmus Aquensis Ecclesiae sanctae Mariae praepositus, D. Tebaudo monasterii S. Petri Aquensis Abbate praesente, atque consentiente, nomine, ac vice totius universitatis, & capituli praenominatae Aquensis Ecclesiae ab omni gravamine memorati D. Ugonis Episcopi, quo posset aliquo modo Aquensem Ecclesiam de cetero gravare, ad S. sedem Apostolicam ab ipso dicto Episcopo appellavit super facto scilicet translationis, vel mutationis, seu associationis, vel unionis in toto, vel in parte Aquensis Episcopatus, seu sedis Episcopi, vel Aquensis Ecclesiae cum alia civitate faciendae, & specialiter cum Alexandria, Alexandrina Ecclesia, & ne supradictus Dominus Ugo Aquensis Episcopus in omnibus supradictis, seu in aliquo supradictorum ulterius procedat, supradictus Dominus praepositus Anselmus, consensu supradicti Domini Abbatis, atque Aquensibus consulibus videlicet . . . . Andrea, Petro Lupo, Arnaldo quondam Ugonis, Uberto Mantea praesentibus, & consentientibus, hanc cartam fieri iussit. Interfuere testes D. Benzo, atque magister Henricus iudices, Azo de Rochetta, Bonifacius de Porta, & Otho, qui dicitur Consul. Actum in Castro Cavatorii. Ego Ogerius Palatinus Notarius rogatus interfui, & hanc cartam scripsi.

(1) *Hujus chartae duo exemplaria praemanibus habui. In earum una manifesto errore addebatur die Dominica 16. februarii, quae nulla ratione componi possunt, ut proinde Dominicae additamentum jure sit delendum.*

*Faenus inter cives Aquenses, ac oppidanos  
Grogardi ex schedis I. C. Francisci Turrii.*

123 M C C V.  
Anno Domini MCCV., indictione VIII., die lunae XVIII. julii. In Aquis in choro sanctae Mariae de Aquis ibidem congregato consilio communis Aquis Consules Aquenses ibidem praesentes super sancta Dei Evangelia jurant, quorum haec sunt nomina scilicet Rodulfus Pastrocus, Manfredus Wastarava, Henricus Ghignonus, Ubertus Fornarii, praesentibus Domino Andrea, Domino Aycardo (1), Bonifacio de Porta, Willelmo Dodonis, Ottone Ver, Arnaldo Brunae, Belengerio Domini (2) Andreae, Arnaldo Ugonis, Petro Ruffini, Morando de Porta, Velfo, Oberto Rabia, Willelmo Bellexii (3), Wastapalea, Henrico de Porta, Anselmo Telarola, & alii quamplures, qui solemniter super S. Dei Evangelia jurant, quibusdam vice aliorum hominibus de Grogardo (4) scilicet Constantino Grulo, Rolando Balae, Manfredo, Bernardo Caval, Ardezone, eos juvare, & manutenere tanquam alios cives Aquenses, & quod deinceps in civitate Aquis non dabunt curadium, vel aliquam exactiorem faciant, quam alii cives non faciant. Et isti

homines de Grogardo jurant esse cives Aquenses per se, & per suos heredes consules Aquenses obedire, fodra, & banna persolvere, tanquam alii cives muros, & fossata civitatis facere exercitum (5), iter, pacem, vverram omnibus hominibus, quibus Aquenses consules, & communis civitatis fecerit. Unde isti consules consiliarii, aque praedicti homines de Grogardo hanc cartam, & aliam istius tenoris fieri rogaverunt. Ego Marro Notarius Palatinus interfui rogatus, & hanc, & aliam unius tenoris tradidi, & scripsi. Ego Albertus N. P. & c. Ego Henricus N. P. & c. Ego Petrus N. P. & c.

Anno Domini MCCV., indictione VIII., die Sabbati XVI. septembris (6) in castello Grogardi. Dominus Manfredus Wastarava consul Aquis, & Castellanus Grogardi totius consilii Aquensis promittit toti consilio, & omnibus hominibus de Grogardo, quod communis Aquis debet eos juvare, manutenere tanquam alios cives, & quod deinceps non dabunt curadium, vel aliquam exactiorem faciant, quam alii cives non faciant, & consules Grogardi scilicet Arnaldus Gros, & Grullus, & Arnaldus Rubeus, & Bernardus, & omnes alii scilicet Manfredus Caval, Anselmus Caval, Joannes Caveurus, Waldanus cum suo filio Petro, Rodulfus Scarpenta, Petrus Wiarmus, Arnaldus Barra cum suis filiis Petro, & Ottone, Joannes Pauper, Visus Oglerius de Ovala, Arnaldus de Siimalda, Chisulfus Caval, & frater Chisulfus de Orfera, Petrus Fort, Chisulfus Na cum suo filio Oglerio, Rolandus del Pra, Manfredus Pazu, Rainaldus Noger, Joannes Caval, Petrus Nata, Manfredus Rufia, Vairiol, Otto de Uliver, Arnaldus Radae, Petrus Gazana, Anselmus de Maria, Bulieg Ubert de Veraza, Raimundus Sartur, Odo de Grugnardo, Henricus de Casteller, Arnaldus Fulcher, Otto Grossus, Uviet Delbula, Arnaldus de Maistro, Willelmus Bancarella, Dodo del Albert, Can Ardezun, Wairius Alfer del Veraza, Joannes Volta, Willelmus Scamur, Otto de Antilia, Airaldus Volta, Rainaldus de Casteller, Bover Lutius de Balduz, Martinus Caval, Arnaldus Pizan, Siibaldus Fulcher, Ambrosius cum suo filio Oberto, Joannes de Ardezun, Tebaldus de Casteller, Rainaldus de Grugnardo, Petrus Caval, Wilielmus Montagnol, Andreas Sartur, Rainerius de Grugnardo, Henricus Seneus, Obert Casor, Bernardus Casor, Jacobus de Ardezun, Bergnonus Marmasal, Falopa, Ruffinus Rugerii, Jacobus Ursi, Manfredus del Pra, Manfredus Roger, & Rodulfus Pastori omnes isti jurant obedire consules Aquis, dare fodra, facere fossata muros exercitum, iter, pacem, vverram cum omnibus hominibus, cum quibus communis Aquis fecerit, & persolvere banna tanquam alios cives. Inde rogaverunt hanc, & aliam cartam fieri. Ego Jacobus Notarius jussu omnium consulum Aquensium, scilicet D. Rodulfi Pastori, D. Uberti de Burgo, D. Henrici Chignoni, D. Raimondi Episcopi, & D. Manfredi Wastarava hanc, & aliam cartam parem tradidi, & eas per A B C divisi. Ego Ubertus Notarius P. videns, & legens autenticum hujus exempli factum a praedicto Petro, sicut in ipso inveni, ita & in ipso scripsi exemplo, nihil